Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



negauit petrus: et statim gallus
cantauit. Adducunt ergo ihesum
a caypha in pretorium. Erat autem
mane: et ipsi non introierunt in
pretorium ut non contaminarentur.
sed ut manducarent paschia. Ex
iuit ergo pilatus ad eos foras
et dixit. Quam accusationem affer
tis aduersus hominem hunc? Iudeis
et dixerunt ei. Si non esset hic ma
lefactor: non tibi tradidissemus
eum. Dixit ergo eis pilatus. Sum
pite eum vos: et secundum legem vestram
iudicate eum. Dixerunt ergo ei iu
dei. Nobis non licet interficere
quemquam. Vt sermo ihesu impple
retur quem dixit: significans
qua morte moriturus esset. In
troiuit ergo iterum pilatus in pre
torium et vocauit ihesum: et dixit
ei. Tu es rex iudeorum? Respondit
ihesus. A temetipso hoc dicis: an
aliy tibi dixerunt de me? Iudeus
pilatus. Numquid ego iudeus sum?
Gens tua et pontifices tradi
derunt te michi: quid fecisti? Iudeis
Regnum meum non est de hoc
mundo. Si ex hoc mundo esset
regnum meum: ministri mei vti
que decertarent ut non traderer iu
deis. Nunc autem regnum meum non
est hinc. Dixit itaque ei pilatus.
Ergo rex es tu? Iudeis Tu
dicis: quia rex sum ego. Ego in hoc
natus sum. et ad hoc veni in
mundum: ut testimonium perhibeam
veritati. Omnis qui est ex veritate:
audit vocem meam. Dicit ei pila
tus. Quid est veritas? Et cum hoc
dixisset: iterum exiuit ad iudeos
et dixit eis. Ego nullam inue
nio in eo causam. Est autem
consuetudo vobis vt vnum dimi
tam vobis in paschia. Vultis
ergo dimittam vobis regem iude
orum. Clamauerunt rursum
omnes dicentes. Non hunc sed bar
rabam. Erat autem barrabas
latro. Tunc ergo apprehendit
pilatus ihesum: et flagellauit.
Et milites plectentes coronam
de spinis imposuerunt capi
ti eius: et veste purpurea cir
cumdederunt eum: et veniebant ad
eum et dicebant. Ave: rex iude
orum. Et dabant ei alapas. Ex
iuit iterum pilatus foras: et di
cit eis. Ecce adduco vobis eum
foras: vt cognoscatis quia in eo
nullam causam inuenio. Ex
iit ergo ihesus: portans spineam
coronam et purpureum vestimen
tum. Et dicit eis. Ecce homo. Cum
ergo vidissent eum pontifices et
ministri: clamabant dicentes.
Crucifige crucifige eum. Dicit eis
pilatus. Accipite eum vos: et
crucifigite. Ego enim non inuenio
in eo causam. Iudeis Iudei
Nos legem habemus: et secundum